

Admodum reverendi
& amplissimi viri,
: d. Johannis
Gezelii Johannis
f. s.s....

Wallenius, Gabriel Andreae,

1 Ic Fol.



National Library
of Sweden



Q. F. F. Q. V. D.

Admodum Reverendi & Amplissimi VIRI,

**D. JOHANNIS GEZELII
JOHANNIS F.**

S.S. THEOLOGIE DOCTORIS, ATQVE IN REGIA ACADEMIA
ABOENSI PROFESS. CELEBERRIMI, UTRIVSQUE CONSISTORII
ADSESSORIS GRAVISSIMI, PASTORIS AD. AED. S.
MARIE MERITISSIMI, ATQVE P. L. MAGNI-
FICI RECTORIS EXOPTATISSIMI

ET
VIRGINIS


Castissima, Lectissima ac pudicissima

**HEDEVIGIS BILLES
NICOLAI FILIAE**

NUPTIARUM SOLEMNIBUS

IN TEMPLO FINLANDIAE CATHEDRALI, QUOD ABOE EST,
CUM RITU ET POMPA DECENTI, SOLITISQUE CEREMONIIS,
PUBLICE CELEBRATIS DIE XXVI. AUGUSTI ANNO MDCLXXX.

INTER LETAS HOSPITUM PROPINQVORUM, ADFINIUM,
AMICORUM ET CLIENTULORUM ADFE-
CTIONES VARIAS



Nomine quoque Westmannorum gratulatur

F. Q. P.

GABRIEL WALLENIIUS
Reg. Acad, Ab. Biblioth.



Cce. sic. benedicetur. homo. qui. timet. Dominum.,
Non. etenim. est. bonum. hominem. esse. solum.,
Sed. Mulieris. bonæ. beatus. est. Vir.
Sicuti.

Honorabile. Conjugium. in. omnibus,
Atque.

Benedictus. es. à. Domino.

Benedicte. Doctor. GEZELI.

Qui.

Sanctam. Academiam. nunc. ingrederis.

Et.

Humanae. vite. Officinam. optimam.

In. Quâ.

Vir. ac. Fœmina.

Indissolubili. legitimo. & a. Deo. sancito. ac. approbato. nexu.

Mutuoque. consensu. Publicè. conjuncti.

Sobolem. procreant.

Omnes. libidinum. confusiones. sanctè. vitant.

Deum. castam. mentem. serid. agnoscunt. & casti. serviunt. illi.

Ut.

Tali. ratione.

Propagetur. humana. progenies,

Ex. quâ.

Ampla. colligitur. Ecclesia. Christi.

Militans. primum. inde. triumphans.

Benedictus. es. à. Domino.

Quia.

Dum. impedimento. foret. Tibi. esse. ulterius. solum.

Adjutorium. Tibi. fecit. Dominus.

Vitæ. sociam. & sublevamen. dedit. dulcissimum.

In. cujus. amore. delectaberis. jugiter.

Speciem. laudabis. probitatem. amabis.

Castitatem. extolles. verecundiam. admiraberis.

Et. invenisti. mulierem. bonam.

Invenisti. bonum. & hausisti. jucunditatem. à Domino.

Virginem. elegantissimã. HEDEWIG. certè. GEZELI. NICOLAI. Filiam.

Veræ. decus. pudicitia. & tersissimum. castimoniam. speculum.

In. cujus. toto. pulcherrimo. corpore. nihil. non. est. laudabile.

Interioris. autem. formæ. judicium. facilè. exterior. facit.

Ut. sapiens. mulier. ædificabit. domum. Tuam.


Annorum. Tuorum. numerum. duplicabit.

Sicut. vitis. abundans. erit. in. lateribus. domus. Tuæ.

Et. filii. Tui. sicut. novellæ. olivarum. in. circuitu. mensæ. Tuæ.

Parentum. optimorum. b. c. d. pressuri. vestigia.

Ex. GEZELI. erunt. GEZELII.



Ecce, sic. benedicetur. Virgo, quæ. timet. Dominum.
Homini. sensato. dabitur.
Sicuti. Sara. amico. Dei. Abrahamo.
Nam. dum. nubit. Virgo. non peccat.
Honorabile. namqve. Conjugium. in. omnibus.
Atqve.
Benedicta. es. omnino. à. Domino.
Benedicta. HEDEWIG. GEZSEN.
Cui. Deus. ac. quorum. interest. ceteri. dedere. Virum.
Virum. origine. clarissimum.
(Sufficit. dixisse.)
GEZELIUM.
Magni. GEZELII. filium. non. degenerum.
VIRUM.
Dignum. dudum. omnium. bonorum. honore.
Qui.
Ob. data. in. juventa. raræ. constantiæ. experimenta.
Ob. excellam. &. magnam. adquisitam. eruditionem.
In. patriis. &. longè. disitis. oris.
In. Academia. maximo. cum. studiosæ. juventutis. emolumento.
In. Ecclesia. cum. Auditorum. fructu. insigni.
In. Patriâ. cum. applausu. omnium.
Officiis. præest. maximis.
Doctor. atqve. Professor. audit. S. S. Theologiæ. celeberrimus.
In. Consistoriis. Adessor. gravissimus.
Pastor. Exoptatissimus.
Civis. optimus.
Vis. plura.
Etiam. MAGNIFICUS. nunc. RECTOR. est. Exoptatissimus.
Benedicta. inquam. es. à. Domino.
Ut. nunc. congreges. cognationi. GEZELIANÆ.
Fœdus. &. tale. cum. GEZELIO. Tuo. sanctissimum. in eas.
Quod. nunquam. vel. potest. vel. debet. fieri. irritum.
Dimittet. nunc. Patrem. &. Matrem. &. adhærebit. Tibi.
Tecum. cohabitabit. secundum. scientiam.
Te. diliget.
Tibi. honorem. impertietur.
Et.
Eritis. nunc. duo. in. carne. unâ.
Mirâ. concordia. per. mutuam. charitatem. semper. victuri.
Doctor. GEZELIUS. Tibi. conjunctissimus.
Tuque. ipsius. HEDEWIG. conjux. dilectissima.
Mater. futura. filiorum.
Ex. GEZSEN. GEZELIORUM.



Ecce, sic, benedicentur, homines, qui, timent, Dominum.
Vox, gaudii, est, & vox, lætitiæ.

Et.

Benedicti, sint, SPONSUS, & SPONSA, à Domino.
Ingeminant, nunc, omnes, boni.

Ipsa, Sacrosancta, Trinitas, Novis, Nuptis, hunc, in, modum, benedicit.

Benedicam, vobis, & longitudine, dierum, replebo, vos.

Vobis, ostendam, salutare, meum.

Crescite, multiplicamini, & replete, terram.

Parentum, & cognatorum, honoratissimorum.

Mutua, vota, gaudia, & congratulationes, non, expono.

Gemmam, etenim, tam, grandem, auro, tam, parvo, includere, non, possum.

Parentes, certè, Sponsæ, filiam, charissimam, osculati, dimittent,

Utpote, Raguel, Tobia: Saram,

Angelus, Domini, sanctus, sit, semper, Tecum.

Et, videant, oculi, nostri, filios, vestros, priusquam, moriamur.

Tu, interea, memento, honorare, soceros,

Diligere, Maritum.

Regere, Familiam, gubernare, domum,

Et.

Teipsam, irreprehensibilem, exhibere.

Fratres, cum, sororibus, ac, cognatis, cæteris, precantur.

Soror, Nostra, es, crescas, in, mille, millia.

Et, possideat, semen, tuum, portas, inimicorum, suorum.

Et, ipsorum, Ego, Neonymphorum, vota, audire, videor.

Cum, ambo, pariter, & constanter, orent, simul.

Dicatqve, SPONSUS,

Domine, Deus, patrum, Nostrorum,

Benedicant, Te, cæli, & terra, mareq;, & fontes, & flumina.

Et, omnes, creatura, Tue, quæ, in, eis, sunt.

Tu, fecisti, Adamum, de, limo, terra, & dedisti, ei, adjutorium, Evam.

Et, nunc, Domine, Tu, scis,

Quod, non, luxuriæ, causâ, accipio, sororem, meam, conjugem.

Sed, solæ, posteritatis, dilectione.

In, quâ, benedicatur, Nomen, Tuum, in, secula, seculorum.

Addatqve, SPONSA,

Miserere, nobis, Domine, miserere, nobis.

Et, consenscamus, ambo, pariter, sani.

Hospites, at, omnes.

Benedicunt, Domino, Deo, Domini, Abraham.

Qui, perduxit, SPONSUM, recto, itinere, ut, sumeret, filiam, hanc.

Benedicunt, SPONSO SPONSÆ, & parentibus, eorum.

Dominum, precantur, ut, benedicat, ipsis.

Et, optant, ut, videant, Filiorum, Filios.

Agmen, & ego, claudo, votum, hoc, addens.

Benedicat, vobis, Dominus, ex, Zion.

Et, videatis, bona, Patriæ, omnibus, diebus, vitæ, vestræ.

Et, videatis, Filios, Filiorum, vestrorum, pacem, super, Sveciam.